

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Venerabilis Beda presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

ita omni modis. ita intellegen-  
da est dominici dispensatio  
precepti. quod non ita tamen  
dictum quis aestimet. quasi  
bona facientes. fraternos  
cauere debeamus aspectus.  
cum dñs dicat. luceat lux uest-  
ra coram hominibus. ut uide-  
ant opera uestra bona. sed ut  
per opera quae fratribus osten-  
dimus. non laudem ab illis. sed  
profectum quaeramus. 7

Hoc est enim quod sequitur. 7

Et glorificent patrem uestrum  
qui in caelis est. 7 Nam qui ea  
intentione bona ostendunt  
opera ut ipsi solum laudentur.  
non autem ut laudantes in  
bono proficiant. neq; ut pater  
qui in caelis est glorificetur.  
tales sunt nimirum illa ter-  
ribili increpatione plec tendi  
quae dicitur. 7 Amen  
dico uobis. receperunt mer-  
cedem suam. 7 Sed & hoc di-  
cendum. quia si illi uirtutes  
dominicas tacere nequeunt.  
qui tacendi preceptum accepe-  
rant. multo amplius sit nobis  
diuinae gratiae praeconiis sem-  
per insistendum. qui cotidianis  
in uicem nos uerbi celestis  
alimonia reficere praecipimur. 7

Oicente apostolo iohanne. 7

Qui audit. dicat. ueni. 7

Idest qui gratiam superne aspi-  
rationis mente concepit. qui  
uerbum exhortationis. quo utili-  
ter proximum confortare  
ualeat didicit. nequaquam bonum  
quod nouit. silentio abscondat.  
sed ipsum protinus fratribus  
aperiendo communicet. 7

Si enim ea quae nouimus. benignè  
proximis dicere bona non  
neglegimus. aderit ille in quo  
sunt omnes thesauri sapientiae  
& scientiae absconditi. & quod  
nunc ex parte nouimus. ad  
perfectum nobis lumen uerita-  
tis intumescere dignabitur. 7

Ihs xps dñs noster. unigenitus  
patris. qui cum eo uiuit & reg-  
nat. in unitate sps sc̄i dñi. per  
omnia saecula saeculorum. amē.

## IN ADVSUMPTI

### ONI SC̄AE MARAE:

LIT̄ SC̄E TUA SC̄E IN CAN-  
N ILLO TEMPORE

Intrauit ih̄s in quodam castel-  
lum. & mulier quaedam martha no-  
mine excepit illum in domum suam & st̄q;

Lex OMNIA LECTIO  
IIVSDEM VENERABILIS  
SIDAE PRB̄RI.



**A E C**

**LECTIO**

fr̄i km̄i . pul  
cherrima ra

tionē dilectio

nem dī & proximi rebus & uerbis de  
signat . ut intellegē ualeat dilectio  
uestra . Nam cum intrasset ih̄s in  
quoddam castellum . & mulier quaedam  
martha nomine excepit illum in do  
mum suam . Et huic erat soror  
nomine maria . quae etiam sedens  
secus pedes dñi . audiebat uerbum illius .

Martha autem satagebat . circa frequens  
ministerium . Quae quippe istae  
dilectae dño sorores . duas uitas spiri  
tales quibus in presenti hoc saeculo  
sc̄a exercetur ecclesia demonstrant .

Martha quidem actiualem . qua proxi  
mo soliamur in caritate exprimit .

Maria uero contemplatiuam . quae in  
amore iugiter suspirare debemus .

Actiua enim uita est . panem esurienti  
tribuere . uerbo sane doctrine nesci  
entem docere . errantem corrigere  
ad humilitatis uiam superbientem .  
proximum reuocare . Infirmantis  
curam gerere . tribulantibus omni  
deuotione subuenire . Contemplati  
ua uero uita est . ab exteriori actione  
quiescere . solo desiderio conditoris  
inherere . ut nil iam agere corporalis

desiderii libeat . sed calcatis terrenis  
curis omnibus . solo desiderio ad uiden  
dam creatoris sui faciem iugiter  
animus anhelet . Quae autem  
martha tota intentione in actiua  
uita defudabat . bene subditur .

Quae stetit & ait . Oñe non est tibi  
cure quod soror mea reliquit me  
solam ministrare . Sic ergo illi ut  
me adiuuet . Ex eorum per sona  
loquitur qui adhuc diuinae con  
templationis ignari . solum quod didi  
cere fraterne dilectionis opus . dō  
placitum dicunt . Et ideo cunctos  
qui xp̄o deuoti esse uelint . huic  
mancipari profectuosum esse au  
tuntant . Et bene martha stetit .  
maria secus pedes dñi sedisse descri  
bitur . Quia actiua uita laborioso defu  
dat in certamine . Contemplatiua  
uero . peccatis & uitiosum tumulti  
bus libera . optata in xp̄o mentis qui  
e te perfruitur . Et respondens  
dixit illi dñs . Martha martha  
sollicita es . & turbas erga plurima .  
Porro unum est necessarium .

Maria optimam partem elegit . quae  
non auferetur ab ea . Neque enim  
bonam partē tantū elegisse dicit marie .  
sed optimam . ut etiam pars marthae  
indicaretur esse bona . Quia ac  
tiua uita cum corpore deficit . con  
templatiua autem hic incipitur .  
& in caelesti patria perficitur .

Quia ergo uenerabilem diem adsumptionis beatae di genetricis mariae celebramus. dignum est ut quantum possumus. creatori nostro gratias agamus. quia poenas quas nobis euamater intulit peccando. mariamater & uirgo. abstulit dñm xpm̄ pariendo. Et quia eua mundum merore compleuit. mariā abstinendo se a peccatis. non solum nobis exemplum ostendit salutis. sed etiam ipsam nobis laetitiam attulit aeternae felicitatis. ih̄m xpm̄ dñm nostrum.

Qui non solum mundum perditum liberauit. uerum etiam aeternae uitae gaudia oboedientibus sibi concessit.

Ubi omnium beatorum beatitudo ipse erit. ubi omnes sc̄i & electi de singulorum felicitate gaudebunt. qui hic aut per actiuam aut per contemplatiuam uitam fideliter illic laborando festinabant.

Pro inde fratres mei quia ualde paucorum est ab huius saeculi curis esse alienos. & ad contemplatiuam uitam semper esse suspensos. oportet ut in actiua nos uita studioso semper exerceamus labore. & quantum dño possumus adiuuante. bonis operibus. aeterna praemia nobis comparemus.

Studeamus sollicitè bonis nos moribus adornare. & unus quisq̄

nostrum quod inie. prauum deprehenderit. corrigat. quod rectum timeat. quod de forma pura confessione componat.

Et quid sibi cauendum. quid ue sectandum sit. sollicitè consideret. & dñi sui precepta infatigabiliter diligat. & efficaciter impleat. Beatitudinem uitae future ante oculos mentis suae semper proponat. Nec prospera huius mundi diligat. nec aduersa pertimescat.

Semperq̄ per opera misericordiae. ad aeternam patriam anhelat. suscipiendo peregrinum. uestiundo nudum. redimendo captiuum. tuendo uiolenter oppressum. Jugiter se ab omnibus iniquitatibus suis. uera penitentia. & confessione pura emundet.

& uitam suam bonorum operum fructibus ditet. Parua est enim uita ista. siue sit bona. siue sit mala. & tamen cum haec uita citius finitur. retributio eius. nullatenus finitur.

Quia sine mercede operum suorum. quisquam nullatenus relinquitur. Tunc utiq̄ uitae male mors aeterna. & uitae bonae uita retribuatur aeterna.

Qua propter ut appareat quia uitam aeternam. certissime diligamus. uita bona nobis perseueret in opere. uitam bonam habeamus in testimonio. ut uitam aeternam accipiamus in premio.

Prestante dño nostro ih̄u xpo. cui sit laus & gloria per infinita secula seculorum.

Amen.

# INDEX TONE

SANCTI IOHANNIS BAPTISTAE

SERMO BEATI IO

HANNIS EPISCOPI

QUOD DICIT NOBIS IO

HANNIS VIRTUS HERO  
DIS FERTAS CUM REFER

TUR. Confusa sunt viscera. corda

tremuerunt. Caligauit uisus.

hebit intellectus. aufugit audi

tus. Aut quid constat insensibus

humanis. quando perdit uirtu

tum magnitudinem. criminum

magnitudo. Herodes inquit te

nuit iohannem. & alligans. posuit

eum in carcerem. Iohannes. scola

uirtutum. magisterium uitae. sci

tatis forma. norma iustitiae.

Virginitatis speculum. pudicitiae

titulus. castitatis exemplum.

Penitentiae uia. peccatorum

uenia. fidei disciplina. Iohannes

maior homine. par angelis. le

gis summa. euangelii satio. apos

tolorum uox. silentium prophe

tarum. Lucerna mundi. prae

cursor uelut. xpi metator. dominus

testis. totius medius trinitatis.

Et hic tantus datur incestui. tra

ditur adulter. adicitur saltatrici

Merito ergo confusa sunt viscera.

corda tremuerunt. At uero he

rodes profanauit templum. sa

cerdotium sustulit. Confudit

ordinem. temerauit regnum.

Corrupit quicquid erat religio

nis. quod legis. quod uitae. quod

morum. quod fidei. quod discipli

ne. perdidit & confudit.

Herodes sicarius. inciuēs. innobiles

latro. infocios populator.

Indomesticos praedo. plebis uite

remptor. occisor filiorum. in ex

traneos homicida. in proprios par

ricida. inebrians terram cruore

insiti sanguinis permenebat.

Hinc est quod iohannis sanguinem

pium. in poculo crudelitatis absoruit.

Sed ista lectio iam loquitur.

Herodes inquit tenuit iohannem.

& alligauit eum. Qui uincula

soluerit peccatorum. peccatoris

uinculis alligatur. ut uincta uena

locum ueniae non relinquat.

Alligauit eum & posuit in carcerem.

herodes tu adulterium facis. &

in carcerem uadit iohannes.

Sic iudicat sedens in loco iudicis

reus. in loco uindictis innocentiae

persecutor. Rogo. ubi erum

facies. ubi forma. ubi pudor. ubi

existimatio publici cognitoris.

Ubi dominus. ubi homo. ubi fas. ubi lex.

ubi ipsius iura naturae.

Simul omnia sunt herodes. te

agente. te iudicante. te uiuente

confusa. Tenuit inquit iohanne